Die 14. Decembr. A° 1530.

# Sigismundus primus Rex Poloniæ Joanni Regi Hungariæ

72

Serenissime Princeps et domine affinis noster Charissime. Mittimus ad Maiestatem Vestram hunc præsentem nobilem Stanislaum Kostka, cui dedimus in mandatis, ut non nulla nomine nostro Maiestati Vestræ exponat. Quare maiestatem Vestram rogamus, ut illi in omnibus, quæ dicet, sicut si nos coram loqueremur, fidem indubiam habere velit, nihil enim dicet, quod non sit ex mente et consilio nostro. Factura Maiestas Vestra rem virtute sua dignam et nobis singulariter gratam. Cuius nos amori et benevolentiæ commendamus et felicissimam esse atque incolumem vehementer desideravimus et optamus. Datum Piotrcoviæ XVI. Decembris anno Domini MDXXX. Regni nostri XXIV.